talis. ꝙ pōt in patria tolerari Aliꝗ dicūt ꝙ cū iuramētū
obligatoriū nūq̄ obliget niſi ad volūtatē eiꝰ cui fit vr̄ ꝙ
ad imitar illoꝝ q̄ iurāt illī ire ad aliquē locū. ſicut ipa de/
cretalis dicit. ꝙ mutuo ſe pñt abſoluere. ⁊ ſi veiat ex cā
aliq̄ mō rōnabili dicūt eē licitū. lȝ ſit maioris ꝑfectōis ſi
cut ſonat decretal. ⁊ hec poſitio vr̄ magis ꝓbabilis ꝗc/
ꝗd dicat appatꝰ. ¶ Ad illud qḋ obī᷑ de mr̄imonio. dōȝ
ꝙ nō ē ſile ꝓpt̄ ſignatōēȝ. ¶ Ad illud qḋ obī᷑ de iuramē
to. dōm ꝙ nō obligat niſi ſub ꝯditōe. ¶ Ad illud qḋ qr̄
26 quō ꝯbant᷑. dōm ꝙ q̄ttuor modis. Simplici ꝓmiſſiōe.
fidei datōe ſiue iuramenti interpoſitōe. datis arris ſpō
27 ſalicijs. anuli ſubarratōe. ¶ Ad illud qḋ qr̄ q̄bꝫ modis
ſoluant᷑. dōm ꝙ in. viij. caſibꝫ. Primꝰ ē vero ſolēni ſup/
ueniēte. puta ſi alter ſponſoꝝ intrauit religiōem. Secū
dus ſuperueniente mr̄imonio. puta ſi ꝯbat cū alia ꝑ ver/
ba de pñti poſt ſpōſalia. Tertius ſuperueniente affinita/
te. puta ſi cognouit cōſanguīeā ſponſe. ⁊ h̄ facto vl̄ fa/
ma ꝓbari pt̄. Quartꝰ ſuperueniēte incurabili īfirmitate.
puta lepra vel mutilatōe mēbri alicuiꝰ. Quintꝰ altero ſe
abſentante. puta cū vadit in regiōēȝ lōginquā ſine lnīa
Sextꝰ altero fornicāte. puta cū alter cognoſcit alteraȝ
q̄ȝ ſponſā ſuā. Septimꝰ vtroq̄ȝ volēte. puta cum ambo
cōſentiūt. Octauꝰ ē minore pertēte. puta ſi ꝯtra ſūt ſpō/
ſalia inter aliquos duos quoꝝ alter ē in etate debita. al
ter eſt minor. Primis duobꝫ modis ſoluūt᷑ ſpōſalia ipo
facto. alijs ꝑ iudiciū eccīe. ¶ Ad illud qḋ qr̄ q̄s ſit ſpon 28
ſaliū effectus. dōm ꝙ duplex Unus obligatōis ad ma
trimoniū ad quod aſtringit᷑ ꝑ ꝓmiſſionē que ē in ſpon/
ſalibus. Unde dicunt᷑ a ſpondeo ſpōdes. vñ cōpellendi
ſunt ad matrimonium cōtrahendū. niſi timeat᷑ de vxori
cidio. vel aliq̄s dictoꝝ caſuū interueniat Alius effectꝰ
eſt publice honeſtatis iuſticia que eſt ꝙ nullus conſan
guineorum propinquorum ſponſi poteſt cōtrahere cuȝ
ſponſa nec econuerſo.

¶ Di. xxxvij. De impedimētis q̄ omnino faciūt illegitimū ad matrimoniū cōtrahendū cum omi ꝓpter eccleſiaſticam inſtitutiōem.

Sunt igit᷑ q̄dā ordines ⁊c̄. Hec ē ꝑs in q̄ mgr̄ pñ
cipaliter determiat de his q̄ mr̄imoniū īpediunt
ſimpliciter. Et hȝ hec ꝑs duas. q̄r tale īpedimē
tū duplex ē. Quoddā qḋ ſimpliciter impedit cū oī. qḋ
dam cū q̄dam ſic cū q̄dā nō. iō ſcḋm h̄ hec ꝑs hȝ duas. In
pma pte determiat de his q̄ ſimplr̄ īpediūt ⁊ cū oī. In ſe
cūda d̄ his q̄ cū aliq̄bꝫ ſic cū aliq̄bꝫ nō. īfra di. xxxix. Poſt
hec de diſpari cultu ⁊c̄. Pria ꝑs hȝ duas. In pma agit
de īpedimēto qḋ īpedit ꝓpt̄ eccliaſticā inſtitutiōēȝ. In
ſcḋa de eo qḋ īpedit ꝓpt̄ ꝓpriā obligatōēȝ. īfra di. xxx/
viij. Nūc de voto inſpiciamꝰ ⁊c̄. Et qm̄ eccliaſtica inſti/
tutio q̄ſdā excludit a mr̄imonio ꝓpt̄ excellētiaȝ vite. vt
clericos. quoſdam ꝓpter enormitatē culpe vt vxorici/
das. iō hec ꝑs hȝ duas ꝑticulas. In pma determiat de
impedimento ordinis. In ſcḋa de īpedimēto criminis
ibi. His adijciendū eſt de occaſionibꝫ ſuaꝝ cōiugum ⁊c̄.
Utraq̄ȝ pars remanet indiuiſa ꝓpter breuitatem.

1 a ¶ Uxorē duce
re virginē eccīa
romana ꝑmittit
Queritur q̄re po/
nit ꝙ permittit
ducere virgineȝ
cū enim nullo vo/
to ſint aſtricti.
ita poterunt du
cere viduam ſicut
virginem ¶ Rn̄o.
dō ꝙ clerici du/
centes vxores i/
fra minores or/
dines poſſūt vx
ores dupliciter
ducere. aut cum
ſpe redeundi ad
miniſteriū ⁊ offi
ciū clericatꝰ aut
ſine ſpe. Si cuȝ
ſpe tunc ꝑmittit᷑
ꝙ ducāt v̄gines.
⁊ ſic loquit᷑ leo
papa. Si ſine
ſpe. tūc pñt quā
volūt ducere. ſȝ
ſi ducāt viduaȝ
amplius nō poſ
ſunt ad officiuȝ
quod dimiſerāt
redire. vel ſi per
mittat᷑ reditꝰ ad

DI XXXVII

Leo pap̄

Ex carta gi. cōcilio

Leo pap̄

¶ Determiat de impedimēto ordinis. a

Sunt igi-
tur q̄dam ordines in
quibꝰ nullatenꝰ ꝑ
cōtrahi ꝯiugiū. ⁊ ſi interceſſerit
copula. fit diuortiū. vt ſacerdoti
um. dyaconatꝰ. ⁊ ſubdiaconatꝰ
In alijs v̄o ꝑmittit᷑ ſortiri ꝯiugi
um. niſi religiōis hītū ſuſceperint
vel ꝯtinētie votū fecerit. Unde
leo papa. Clericos. lectores. o-
ſtiarios. exorciſtas. accolitos. ſi
extra votū ⁊ hītū īueniūt᷑. ⁊ ꝯti-
nētiā ꝓfiteri nolūtᵃ vxoreȝ ducē
v̄ginē eccīa ro. ꝑmittit. ñ viduā
nec repudiatā. q̄r deinceps nec
ad ſubdyaconatū ꝓuehi pote-
rūt. nec laicꝰ vxorē ſortitꝰ niſi v̄-
ginē vel bigamus ad clericatuȝ
Itē ex cartagi. ꝯcilio. ᵇ Placuit
epōs. p̄ſb̄ros. dyaconos. ſubdia
conos etiā ab vxoribꝰ abſtiere.
qḋ ſi ñ fecerit. ēt ab eccliaſtico re
moueant᷑ officio. ceteros v̄o cle
ricos ad h̄ nō cogit. Itē leo pap̄
Ex ꝯtinētie eadē ē miſtris alta
ris q̄ epīs ⁊ p̄ſb̄ris. q̄ cū eſſēt lai-
ci vel lectores. licite vxores du-
cere potuerūt. ſ cuȝ ad p̄dictos
ꝑuenerūt ḡdꝰ. cepit eis nō lice
re qḋ licuit. Itē in. vi. ſinodo. ſi-
q̄s eoꝝ q̄ ad clerū accedūt volu
erit nuptiali lege mulieri copu-
lari. h̄ añ ordinē ſubdiaconatus
faciat. Itē Calixtus papa. Pre
ſbyteris. dyaconibꝰ. ſubdiaco-
nibus. monachis. ꝯcubinas h̄re
ſeu mr̄imoniū ꝯtrahere penitꝰ i
terdicimus. ꝯtracta q̄ȝ mr̄imōia
ab hmōi ꝑſonis diſiungi. ⁊ ꝑſo-
nas ad pñiam debere redigi. iu
xta ſanctorum canonū diſtricti-
onē iudicamus. Item Gregori.
Nullū facere ſubdyaconum e-
piſcopi preſumant niſi q̄ ſe caſte
victurū ꝓmiſerit. quia nullꝰ de-
bet ad miniſteriū altaris acce-
dere. niſi cuius caſtitas añ ſuſce
ptum miniſterium fuerit appro
bata.

¶ Determiat de īpedimēto cri
mis vtpote vxoricidio. b

¶ His adijciendum eſt de occi
ſionibus ſuarū ꝯiugū. De q̄bus

ordīes minores
inhibetur ꝓmo
tio ad maiores.
⁊ ideo dicit per
mittantur ſi vo
lunt ad clerica/
tum aliq̄ tpe re/
dire ſine impe/
dimento.

b ¶ Placuit e/
piſcopos. pre/
ſbyteros. ⁊c̄. eti
am ab vxo. ab/
ſti. ⁊c̄. Uidetur
mala eſſe hec cō
ſtitutō. q̄r nemo
pōt vxorē ꝑuare
iure ſuo. ergo vr̄
ꝙ ſi habent vxo
res. ꝙ non poſ/
ſunt abſtiere ab
eis etiam ſi velit
Item ponatur
ꝙ aliquis in in
ferioribus ordi/
nibꝫ vxore tacē/
te ⁊ ſciente ꝓmo
ueatur. vtrū de/
beat cum recla/
mauerit debitū
ſibi reddi. Et ꝙ

Calix. pā 2

Gregori.

Inno. pa-
pa. ij. De
cernimus
vt hi q̄ or/
dinē ſbdia
conatꝰ ac
ceperit. et
in iuꝑ vxo
res duxe
rint vel cō
cubias ha
buerit. offi
cio atq̄ȝ ec
clēiaſtico
bñficio ca
reant. Cū

ſic videt. qꝛ votū cōtinentie nō vouit. Et itez. Si viri gredial religionē ⁊ ipa taceat. ſi reclamet poſt apud epꝫ redire cōpellit. ḡ ⁊c. Itē qr vtꝝ mortuo viro teneat ad ꝯtinentiā ꝑpetuā tal mlr an poſſit ꝯhere. Ꝝ⁹. dō ꝙ h̄i relligit ꝙ ſi nō habent vxores nūq̄ debent ꝯhere ex quo ad ſacros ordīes ſunt ꝓmoti. cū ipſi templū ⁊ vaſa dn̄i ſacrarijs ſpūſſci eē debeant ⁊ dici. idignū ē eos cubilib⁹ ⁊ immūdicijs d ſeruire. ſi aūt habent non poſſunt ꝓmoueri ſine aſſenſu vxorum ſm̄ ꝯſuetudinē romane eccleſie. ⁊ verū eſt ꝙ requirendus eſt eaꝝ ꝯſenſus. c Et ſi vxor taceat viro ſuſcipiēte ordinē ⁊ locū et tpūs hꝫ reclamādi ꝑſumitur ꝯſenſiſſe ⁊ āplius reclamare n̄ pōt. ꝗꝛ tali conſenſu ſuo conti-

3 nentia ſibi indicit. nec ꝑt requirere virū. Utrū aūt poſſit ꝯhere. dōm ꝙ ſicut dr̄. xxxij. diſ. ca. ſeriatim ⁊c. nō pt. et poſt mortē viri. imo tenet ad ꝯtinētiā ꝑpetuā. Sed q̄liter h̄ ſit intelligendū inter iuriſꝑitos ē ꝯtrouerſia. aliq̄ eīm dicūt ꝙ mulier ꝯſenciens viro vouere intelligit. ſed votū iſtud qꝛ non ē ſolēnizatū. īpedit mrīmoniū ꝯhendū ſed non dirimit iā ꝯtcū. Alij dicūt ꝙ ſolennizat ivo tem et clerici. qꝛ vxor clerici tenet. ſꝫ non vxor ingreſſi. qꝛ dignior ē clericatus ꝙ̄ religio. cū bigam⁹ poſſit eē religioſus. nō aūt clericus. Alij dicūt et h̄ vr̄ ꝓbabilius ꝙ vxor aut ignorat ius illud. qꝛ nec ſcit nec ſibi dr̄. Aut nouit. Primo mō n̄ obligat. Scdo mō ſi nouit. qꝛ ſibi dr̄ ⁊ conſentit. obligat. Sꝫ qd in tanta diuerſitate tenēdū ē. ſane dici pt ꝙ ſi vxor ꝯſentiat viro ꝙ ordinez ſcm̄ ſuſcipiat. vel ꝙ religionem ingrediatur in ꝯſpectu ꝑſone ꝑ quā ſm̄ formā eccīe poſſit fieri diuortiū. ꝙ ipa obligat ad ꝯtinentiā ꝑpetuā cū viro q̄ ē eadē caro cū ipa. nec excuſatur ꝑ iuris ignorātiā. nec ē diuerſimode iudicandū in clericis ⁊ religioſis ꝙ̄tū ad h̄. cū vtrobiqꝫ corpus viri ꝑpetuo dn̄o dedicet. Et h̄ expſſe dr̄ diſti. xxxij. ſeriatim ⁊c. Neqꝫ ꝑmittit vxor iungi eidem marito ſuo carnaliter. Nec vnquā nubere. aut in eius vita aliū ducere p⁹ mortem. ⁊ id ſatis probabiliter dictum eſt ꝙ viro vouente ⁊ ſolennizante ipſa vouiſſe intelligitur. ⁊ hoc totum probatur ꝑ multa iura que dicuntur li. iiij. de ꝯuer. ꝯiugatorum. c Quibꝰ penitꝰ denegatur cōiugiū. Ex h̄ vr̄ 4 ꝙ cū talibus diſpenſari non poſſit.

Nicola papa ſcribit radulpho bituricenſi archiepō. Interfectores ſuaꝝ ꝯiugū ſine iudicio cū non addis adulteraꝝ vł aliqd hmōi. qd aliud habēdi ſunt ꝙ̄ homicide. ac per hoc ad penitentiā redigēdi. c quib⁹ penitus denegat ꝯiugiū. Hic vr̄ nicola⁹ ꝑmittere maritis ꝓ adulterio aut alio hmōi vxores ſuas interficere. ſ; eccłaſtica diſciplina ſpūali gladio nō māli crimioſos ferire iubꝫ. Vn̄ idē nico. Inter hec noſtra ſctitas addere ſtuduit. ſi cuius vxor adulterium perpetrauit. vtrum marito eius ſm̄ mundanam legem interficere liceat. d Sed ſancta dei eccleſia nunquā mundanis conſtringitur legibus. gladium non habꝫ niſi ſpiritualem. Item pius papa. Quicunqꝫ propriam vxorem abſqꝫ lege ſine cauſa interfecerit. aliamqꝫ duxerit. armis depoſitis publicam agat penitentiam. ⁊ ſi contumax extiterit anathematizetur vſque quo cōſentiat.

Pi⁹ pap̄

Queritur ḡ ꝓ q̄bus peccatis ꝯiugiū denegatur ⁊ in q̄bꝫ diſpenſat. Ꝝ⁹. notandū ꝙ in ſeptē generibus. Primū ē adulteriū cū occiſione vel fidei datione. xxxj. q. j. Scōm eſt iceſt⁹. xxxij. q. vij. ꝯcubuiſti. Tertiū eſt raptus ſponſe alterius. xxvij. q. ij. ſtatutum. Quartū eſt de eo qui inſidians mrīmonio filiū de ſacro fonte leuauit. ⁊ de hoc h̄r. xxx. q. j. deco. eo aūt. Quintū eſt de eo qui occidit ꝑſbyteꝝ extra de peni. ⁊ remiſ. q̄ ꝑſbꝛum. Sexto de eo q̄ occidit ꝓpriā vxorē. xxxiij. q. j. Septimū ſolēniter penitētes. xxxiij. q. ij. d his atq̄. In oībꝫ diſpēſat ꝑterꝙ̄ ī pmo ꝓpt̄ h̄ ꝙ reſpīc ꝑſonā determiatā d Sꝫ ſctā dī eccīa nūqꝫ mūdanis 5 vꝫ falſū dicere qꝛ bern̄. dic̄ ad euge. ꝙ hꝫ vtrūqꝫ gladiū. ⁊ vterqꝫ gladi⁹ tā ſpūal ꝙ̄ material ē eccīe. ⁊ h̄ ꝓbat ꝑ illō Lu. xxij. ſūt gladij duo. ⁊ dn̄s ait ſatꝭ ē. Ꝝ⁹. dō ꝙ vterqꝫ vt dic̄ bern̄. ē eccīe. ſꝫ differēter. qꝛ ſpūal extrahēd⁹ ē manu eccīe. ſꝫ material n̄ manu ſꝫ tm̄ nutu. ⁊ ꝑ h̄ ſoluit illō ⁊c.

Ad intelligētiā hui⁹ breuis diſtinctōis ſm̄ duo q̄ breuiter in ea tangunt. duo hic pncipaliter q̄runt. Primo qr̄ de ordinis impedimēto. Scdo de vxorē ducēdo. Circa pmū q̄runtur tria. Primū vtrū ordines minores īpediāt mrīmoniū. Scōm vtrū ordīes ſacri. Tertio qr̄ ꝙ̄tū ad eccīaſticū ſtatutū ꝑ qō ſacri ordines impediunt mrīmonium.

Queſtio. j. a

Qꝫ minores ordines non impediāt mrīmoniū. videtur ꝑ multas autoritates q̄s adducit mgr̄ in lra. maxie de illa leonis pape q̄ ſupra ē de diſ. xxxij. Itē in extra. de clericis cōiugatis. dicit alexander. iij. Si q̄ clericoꝝ infra ſubdyaconatū acceperint vxores. ipos ad retinēdas vxores diſtrictōe eccīaſtica ꝯpellatis. Itē rōne videt. qꝛ ad minores ordines vt plurimū ꝑuuli ꝓmouētur. ſed tales non ſunt cogēdi ad ꝯtinētiā. ḡ ⁊c. Itez in ingreſſu religiōis eſt ſtatus in q̄ q̄s ꝓbatur ꝓbat aīquam ad votum continentie obligetur. ergo pari rōne immo multo fortiori. cū difficilius ſit in ſeculo continere. ſtatus debet determinari in quo clerici poſſint ꝓbare ⁊ ꝓbari. vtrum velint viuere caſti. ⁊ in illo nō dn̄t ad caſtitatē obligari. ſed iſte eſt ordinum inferiorum. ḡ ⁊c. Contra diſ. xxxij. Lectores cum ad annos pubertatis venerint cogantur aut vxorem ducere. aut continētiam profiteri. ergo ſi lectores ſunt in ſtatu inferiorum ordinum. videtur ꝙ compellantur ad continentiam. ḡ ⁊c. Item minores clerici ſtatim vt ſunt clerici in ſortem dei ſunt vocati. et ideo dicti ſunt clerici. quia in ſortem dei ſunt ſegregati. ſed qui habet vxorem eſt diuiſus ſicut dicit apoſtolus. j. Cor. vij. ergo nullus clericus poteſt nec debet habere vxorem. ḡ ⁊c. Itez omnis clericus in minori officio ſiue ordine cōſtitutus poteſt habere beneficium eccleſiaſticum maxime ſi intendat vlterius promoueri. ſaltem beneficium ſine cura. ſed null⁹ coniugatus poteſt nec debet habere beneficium ꝑbēdale. ſicut dicitur extra de clericis ꝯiugatis. diuerſis fallacijs ⁊c. ergo nullus clericus poteſt eſſe coniugat⁹. Item omnis clericus in minori officio conſtitutus poteſt gaudere priuilegio clericali. ſed nullus vxoratus poteſt gaudere priuilegio clericali. ergo nullus cleric⁹ poteſt eſſe vxoratus. Maior manifeſta eſt. minor patet per decretalem de cler. coniu. Joh. ⁊ infra vbi dicitur ꝙ vxoratus etiam tonſuratus non poteſt priuilegio clericali gaudere. Si tu dicas ꝙ iſte rationes non valent

quia qui eſt clericus poteſt nõ eſſe clericus. et ita poteſt
eẽ vxoratus. Cõtra. ordinis ſacrm̃ ē ꝑ impſſiõꝫ caracte/
ris. ergo ſicut baptizatꝰ nõ põt eẽ nõ baptizatꝰ. ita videt̃ ꝙ
6 clericꝰ nõ poſſit fieri nõ clericꝰ ſiue nõ ordinatꝰ. Rꝰ. dõꝫ
ꝙ in ordinibꝫ minoribꝫ ē ꝯſiderare ordinē ⁊ officiū ſiue mi
niſteriū ⁊ bñficiū. ⁊ ſm̃ hec tria pt ꝯꝑari ad mrĩmoniuꝫ
⁊ ordo minor nullā hꝫ oppoſitõem ad mrĩmoniuꝫ rõne
ſui ſiue caracteris. nec ꝗ̃tū ad ꝯtrū mrĩmoniū. nec ꝗ̃tuꝫ
ad vſū. Sed miniſteriū ⁊ bñficiū ſcõm eccīam occidēta
lem oppoſitõꝫ hñt ad mrĩmoniū ꝗ̃tū ad vſum ꝑpt ho/
neſtatem. ⁊ qm̃ clericꝰ in minoribus ordinibꝫ non tenet̃
nec ē obligatus ad officiū nec ad miniſteriū. iõ põt ꝯhe
re ſine aliq̃ ipedimēto. ⁊ ita ꝯcedendū ē ꝙ minores ordi
nes mrĩmonio nõ pſtant ipedimētū. ❡ Ad illd̃ ergo ꝙ obr̃
7 ꝙ lectores debent ꝯtinētiā ꝓmittere. dõm ꝙ illud caplꝫ
dꝫ intelligi q̃ñ ꝓmouent̃ ad ſubdiaconatū. alioq̃n ſolū
eſt cõſiliū. ❡ Ad illa ṽo q̃ obijciūt̃ pꝰ. iā ptꝫ rñſio. Obr̃
8 eñ de clerico ꝗ̃tū ad miniſteriū ⁊ ꝗ̃tū ad bñficiū ⁊ pui/
legiū q̃ non ſūt neceſſario anneẋa minoribꝫ ordinibꝫ. iõ
nec mrĩmoniū repugnat ita ꝙ nec poſſit trãſferri d̃ vno
ſtatu ad aliū. impedit̃ tñ vt non poſſit nec debeat ſimul
in vtroqꝫ ſtatu militari. qꝛ nemo militãs do dēat ſe ſe/
cularibꝫ negocijs implicare

❡ Queſtio. ij.   b

Utrū ſacer ordo mrĩmoniū impediat. Et ꝙ ſic videt̃ per
auctes multas q̃s adducit mgr̃ in lr̃a. ⁊ ſumūt̃ plures d̃
di. xxxij. ❡ Itē in extra de cle. cõiu. alexãder. iij. Si i ſb/
diaconatu ⁊ aliis ſupioribꝫ ordibꝫ vxores accepiſſe no/
ſcunt̃. eos vxores dimittere ꝯpellere ꝓcuretis. ❡ Item.
oīs q̃ nõ vouet ꝯtinentiā ē ineptus ad ſacros ordines.
ſed q̃ hñt vxores ſūt hmõi. ergo ⁊c. Probatio minoris. grẽ.
dicit ⁊ hr̃ in lr̃a. Nullū ſubdyaconū facere pſumāt epi.
niſi q̃ ſe ꝓmiſit caſte victurū. ergo ſi q̃ ꝓmittit in manu epi
cõtinentiā vouet ⁊ tenet̃ pꝫ ⁊c. ❡ Itē in ſacris ordinibꝫ
miniſtrãt circa altare. ſed ſacerꝰ ē altare no. le. ⁊ ſacrifi/
ciū ꝗ̃ legis figure. ſed ſacerdos cū ingrediebat̃ ſctā ſctõ/
rū tenebat̃ a cõiuge abſtinere. ſicut dr̃ in exodo. ergo multo
fortꝰ miniſtri altaris. nãc ergo q̃ iugit̃ miniſtrãt nūq̃ꝫ dñe
mulieribꝫ adherere. Cõtra. virtus nullā hꝫ oppoſitõeꝫ
cū virtute. ergo nec ſacrm̃ cū ſacro. ſꝫ q̃d nõ hꝫ diſpoſitõeꝫ
cū alio nõ pſtat ei impedimētū. ergo ordis ſacrm̃ nullo mõ
impedit mrĩmoniū. ❡ Itē oppoſitio ē relatio eq̃ꝑantie
ergo ſi vnū ſacrm̃ repugnat ⁊ impedit ſuſceptionē alteriuſ
pari rõne ⁊ ecõuerſo. ſꝫ mrĩmoniū nõ ipedit ſuſceptiõeꝫ
ordinis. qꝛ multi cõiugati ꝓmoti ſūt in epõs. ergo nec ordo
ſacer ipedit mrĩmoniū. ❡ Itē idē ē ordo apõ nos ⁊ apõ
eccīam orientalē. ſꝫ apud illos ordo nõ impedit mrĩmo/
niū nec ecõuerſo. ergo nec apud nos. Si tu dicas ꝙ apud
nos eſt ſupadiectū votū rõe cuiꝰ ipedit. tūc videt̃ ꝙ ipe
9 dimentū ordinis nõ differat ab ipedimēto voti. ❡ Rꝰ.
dõm ꝙ abſqꝫ dubio ſicut ſacri canones dicūt. ſacer or/
do impedit mrĩmoniū ꝯtrahendū. ⁊ dirimit iam ꝯtra/
ctum. verūtñ quantū ad modū dicendi ſiue intelligēdi
inter doctores diuerſos diuerſitas opinionū reſultat.
Quidam eñ dicūt ꝙ ordo ſacer ipedit mrĩmoniū ꝓpter
votū annexum ad q̃d obligatur q̃ ſuſcipit ordinem ſacꝝ
ſed qm̃ in ſuſceptõe ordinis nõ videt̃ voti emiſſio. aut ſi
eſt emiſſio hec eſt quantū ad factum. ꝗ̃uis non ſit quan
tum ad verbum. ſed non videtur tunc differre ab impe/
dimento voti quod falſum eſt. quia apud grecos non
eſt votum continentie. quia illi ſacerdotes licite vtun
tur vxoribus. et tamen nullus potuit nec poteſt in ſa/
cris ordinibus conſtitutus contrahere. ſicut ex ſynodo
vij. habetur. que celebrata fuit apud eos in quo ſe huic
ſtatuto ſubiecerūt. ꝓter votū ꝯtinētie. Ideo alioꝝ ē opi
nio ꝙ ordo pſtat impedimētū rõne ſtatuti eccliaſtici q̃d
ligat clericos ſuſcipiētes ordines ad nūq̃ꝫ ꝯtrahenduꝫ
Sed qm̃ auctes canonū inueniūtur que vtrunqꝫ ſona/
re videtur. ⁊ ꝙ in ſuſceptõe ordis ē ſolēnizatio voti. iõ
dõm ē meliꝰ. ꝙ et ſi apõ grecos nõ impediat. hoc nõ eſt
rõe ſtatuti. ⁊ ſic nõ impediuit vt dicūt q̃daꝫ a tpe apo
ſtoloꝝ. tamē apõ latinos impediuit. et rõe ſtatuti et rõ
ne voti. Sicut eni ordo mõachoꝝ ⁊ habitꝰ ꝯtinentiam
habet anneẋā ꝑ illū q̃ habitū inſtituit. ⁊ regulaꝫ edidit
mõachalē. ideo q̃ ꝓfitetur ⁊ ſuſcipit habitū d̃ꝫ emittere
votū conſequēter. ſic ordo apud latinos ex eccleſiaſti/
ca cõſtitutõne habet inſeꝑabiliter cõtinētiā anneẋam.
⁊ ideo q̃ illū ſuſcipit. ſpõtanee ſe obligat. ita ꝙ illa obli/
gatio ꝓcedit ex ſtatuto pariter et ex voto. ⁊ ſic patet ꝙ
impedit et qualiter impedit. ❡ Ad illud ergo q̃d obijcit̃ 10
ꝙ ṽtus cū ṽtute nõ habet oppõem. dõm ꝙ verū ē q̃n
tū ad habitū. ſed tamē ſtatus aliq̃ñ ſūt incompoſſibili/
les vt ꝯiugalis ⁊ ṽginalis. ⁊ qm̃ ſacra diuerſa ſtatꝰ di/
uerſos reſpiciūt. vt ordo ſtatū ꝯtinētie ṽginalis vel vi
dualis. mrĩmoniū ſtatū ꝯtinentie ꝯiugalis. hinc eſt ꝙ
impedit ſicut ſtatus ſecularis ⁊ religioſus ſuo mõ oppo 11
nūtur. ❡ Ad illud q̃d obijcit̃ ꝙ matrimoniū nõ impe/
dit ordinē. dõm ꝙ verū eſt ſi vxor fuit ṽgo ⁊ vult ꝯtine
re. ſed tñ nõ ē ſile. qꝛ ꝓceſſus i virtutibꝫ ē a ſtatu impfe/
ctiori ad ꝑfectiorē. ſꝫ nõ debꝫ eſſe reditꝰ. ⁊ qm̃ mrĩmoni/
um collocat in ſtatu imꝑfectionis. ordo ṽo in ſtatu ꝑfe
ctõis. ideo ⁊c. ſicut de ſeculo ad religionē lꝫ aſcēdere. ñ 12
deſcendere ❡ Ad illd̃ ergo q̃d obr̃ vltimo iā patꝫ reſpõ
ſio. qꝛ ſtatutū eccleſie abūdantiꝰ artat latinos ꝗ̃ grecoſ
licet illos aliquo mõ artet. ⁊ hoc qꝛ latini voluerūt ſe ſb
ꝯcere ⁊ plicare. greci ṽo i ſua ruditate remãere. ⁊ iõ vſqꝫ
hodie i ſuis fectibꝫ remãſerūt. Patet etiā ꝙ ñ ſolū rõe voti
ipedit. ſꝫ etiā rõe ſtatuti eccleſiaſtici. ❡ Queſtio. iij. c.
Utrꝫ eccleſia debuerit hoc inſtituere. ⁊ ꝑ tale ſtatutū cle
ricos ad ꝯtinentiā obligare. Et ꝙ nõ videt̃ ꝓmo. quia
matrimoniū eſt i remediū cõcupiſcētie. ſed h̃ morbꝫ ma/
xime viget in clericis. vt patet. ergo eis nõ debuit denega/
ri remediū. ❡ Itē difficilimū eſt iuuenibꝫ abſtinere a mu
lieribꝫ. et ideo cõtinētia i eis ꝓ martirio cõputat̃ a hye/
ronimo. ſed lex noua debet eſſe lex leuitatis. ergo ⁊c. Itē
ad ea q̃ ꝑfectõis ſūt dñꝰ ꝑ ꝯſiliū iduci ñ mãdato obliga
ri. ſi ergo abſtiere ab oī mīere ꝑfectõis ē ñ vr̃ ꝙ ad h̃ debu
erūt clici ꝑ ꝑceptū obligari. Itē ñ ē maiorꝭ ꝑfectõis mo
derna eccīa ꝗ̃ ꝓmitiua. ſꝫ tūc ñ fuit idicta clicꝭ ꝯtinētia
ergo nec mõ debuit idici. Itē cultꝰ di ãpliãdꝰ ē. ſꝫ a nullis
ergo nec mõ debuit idici. ſi ergo clerici
cõpetētiꝰ ãplıat̃ ꝗ̃ ab ipis clicꝭ cultoribꝫ di. ſi ergo clerici
i ſacrꝭ ordibꝫ ꝯſtituti ſūt cultores di. cū ãpliatõ cultꝰ diui
ñ tm̃ ſit ꝑ gñatõꝫ pſ ſpūalis. ſꝫ etiā carnalis. qꝛ nati de
xpiãis xpiãi ſūt. ergo vr̃ ꝙ eis ꝯpetat filios gñari. ergo ñ dñt
artari ad ꝯtinētiā. Itē platoꝝ ſtatꝰ dr̃ eē ꝑfectiſſimꝰ qꝛ i
ſe ꝯiūcta ē ꝯtēplatõ cū actõe. ergo cū ſtatꝰ clericoꝝ dēat eē ꝑ
fectꝰ. vr̃ ꝓſtatui eoꝝ ꝯueniat ñ tm̃ gñatõ plis ſpūalis ꝑ
ṽbū ⁊ exēplū ꝓpt̃ ſtatū ꝯtēplatõis. ſꝫ etiā gñatõ plis car
nalis ꝗ̃tū ad ſtatū actõis. ergo vr̃ ꝙ eis ñ debuit mrĩmõi
uꝫ interdici. qr̃ ergo q̃ fuit rõ hꝰ ſtatuti. ⁊ ad oppõitū poſſent
adduci rões. ⁊ ſꝫ illas claudēdū ē i rñſiõe. Rꝰ dõ. ꝙ iſtõ 13
ſtatutū d̃ clericoꝝ ꝯtinētia fecē eccīa qꝛ potuit ſiue licuit
qꝛ decuit qꝛ expediēs fuit. potuit ãt eccīa dupliciꝫ. tū ꝓ/
pter auctē platoꝝ ⁊ maxie põtificꝭ ſūmi. tū ꝓpt̃ ꝯſēſū ſb
ditoꝝ. ꝓpt̃ auctē nãqꝫ potuit qm̃ ⁊ ſi oīa ſacra auctē n
reſpiciãt i diſpēſãre aliq̃ mõ. tñ illõ ſacrꝫ ꝑcipue inter
alia. In cuiꝰ ſignū i ordis datõe loquit̃ prãteꝫ habens
ille qui ordines cõfert. vnde ⁊ dicit. accipe ptãtē. ⁊c. et
ideo iſtud onus q̃d voluit ſummus põtifex huic ordini
ſiue ſacramēto alligare potuit ⁊ ſibi licitum fuit. Sed

h uic auctoritati ꝛ ꝑtati ſucceſſit ī latinis voluͤtas obtē
peradi. q2 tale ſtatutū ſuꝑ ſe libēter receperūt. ꝛ hec duo
fecerūt ſtatutū firmū. Sed greci dederūt tergū. ꝛ q2 nō
ↄſenſerūt ī tā nobile ſtatutū vt vaſa ſua ſeruarēt mūda
ablatū eſt regnū ꝛ intelligentia ſcp̄turarū. ꝛ datū ē gēti
facienti fructū eius. Sic igiť patet ꝙ potuit. Nec ſolū
licuit. imo etiā decuit et hoc ꝓpter duo. qm̄ in actu car
nali q̄ ē vſus matrimonij vt plurimū ē libido. ꝛ in coha/
bitatōne vt plurimū ē ſollicitudo. Et libido ſiue carna
lis delectatio reddit fetidū ꝛ imundū. ꝛ ſollicitudo red/
dit diuiſum. ꝛ qm̄ clericū ī ſacris ordinib9 ↄſtitutū decȝ
eſſe mūdū cū ferat vaſa dn̄i. decet nihilominus eſſe ſol/
licitū ꝛ attentū. vt ſollicite ꝛ diligēter ſeruiat domino.
ꝛ ſtudeat quō placeat chriſto. iō decēs fuit eos ab vxori
bus ſepari. vt ꝑ oīa fierēt idonei cultores miniſtri alta/
ris. Si eni illi q̄ comedebāt panes ꝓpoīs vaſa ſctā ha/
bere debebāt. q̄nto magis iſti q̄ agno imaculato aſſiſtūt
ꝛ diſpenſant ꝛ ſumūt. oīm puritate ꝛ ſctitate dn̄t ful/
gere. ꝛ vaſa ſua cuſtodire in ſctificatōe ꝛ honore. nō in
deſiderij ꝑtāte. Certe hoc nō tm̄ decēs ſed ꝛ etiā decētiſſi
mū iudicabit oīs aīa q̄ eſt templū ſpūſſcti. Et nō de
cuit tm̄. imo etiā expediēs fuit. Primo ꝓpter vitanduȝ
irregularitatis ꝑiculū. ſecūdo ꝓpter vitādū latrociniū
Propter vitādū ꝑiculū. q2 ſi mulier q̄ eſt vxor alicuius
cognoſcat aliū virū. ꝛ ille vir p9 cognoſcat eā. iā irregu
laris ē. ꝛ iō ſi vxor ſacerdotis greci fornicať. iā ampliuſ
nec cū ipa nec cū alia ꝑt rem habere. ꝛ q2 difficile ē talib9
abſtinere frequenter ī irregularitatē inciderēt ꝛ cū peri
culo miniſtrarēt ſi vxores haberent. Secūdo vo ꝓpter
vitandū latrociniū. Si eni epi ꝛ archiepi nūc filios ha
berēt. oīa bona eccleſiaſtica furarētur ꝛ diriperēt. ita
ꝙ pauꝑib9 pauca vl nulla remāerēt. cū eni mō ↄgregēt
et ditēt nepotes quaſi gradib9 icōputabilib9 ab eis elō
gatos. q̄d facerēt ſi haberēt filios legittimos. Unuſq̄ſ/
q3 attendat q̄ntū eēt ꝑiculū. iō ꝓuidit ſpūſſctūs h̄ offēn
diculū auferre. ꝛ dei ↄſilio hoc ſtatutū fuit ī eccīa ſctā dī
vt clerici ad ſacros ordines venientes nullo mō mr̄imo/
14 nio poſſint vti. ¶ Ad illud ḡ qđ obr̄ ꝙ clerici indigent
remedio. Dō. ꝙ verū ē. ſed tn̄ nō ſolū ē remediū mr̄imo/
niū ad vitandū fornicatōnē. ſed mlt̄o nobilius remedi/
um ē macerare carnē. vn̄ qn̄ ociū ē ꝛ nulla ē carnis ma/
ceratio. ſi nutritur ꝛ impinguať vēter. tūc ꝑſtatur fomi/
tū igni luxurie. ꝛ ideo aliq̄bus videť difficile cōtinere.
ſed ſi occuparēt ſe bono exercitio. ꝛ carnē macerarent.
alio remedio nō indigerēt. ꝛ iſtud remediū ē eis ↄceſſuȝ
q2 ↄuenit eoꝝ ſtatui. Aliud vo ē remediū qđ nō cōpetit
eoꝝ celibatui. ¶ Ad illud qđ obr̄ ꝙ difficillimū ē abſti/
15 nere iuuenib9 ab actu carnis. dōm reuera hoc difficilli
mū ē. q2 q̄ ignē abſcōdit in ſinu quō pōt eū ferre vt eius
plāte non ardeāt. difficile aūt eſt extinguere ignē imit/
tēdo ligna. ſȝ facilimū ē ſupinfūdendo aquā. Si enim
vis ↄtinere. neceſſe habes mulieres effugere ꝛ carnem
macerare. maxime ſi iuuenis es. q̄ſi hoc feceris. ꝛ ↄti/
nētiā amare cepis. fiet tibi nō ſolū nō difficile. imo per
oīa facile. Cū eni dr̄ ꝙ lex noua ē on9 leue. hoc dr̄ rōe
charitatis. q̄ cetera mādata facit facilia. q̄ q̄ caret valō
difficiliter pōt onus portare. ¶ Ad illud qđ obr̄ de ꝑfe
16 ctione. Dōm. ꝙ eccleſia nullū compellit abſoluta ipul
ſione. ſed ſb̄ conditione que ē in voluntate hominis. ſcȝ.
ſi velit ordinē ſuſcipe. et hoc nō eſt cōpellere ſimpliciter
ſed hō tunc ſe obligat qn̄ voluntarie ſumit ordinē. opor/
tet eni ꝙ accipiat ipm cum ſuo onere ¶ Ad illud quod
17 obr̄ ꝙ nō maioris ꝑfectōis eſt moderna eccleſia q3 erat
eccia ꝑmitiua. dō ꝙ illi ñ ↄpetebat. tū ꝓpť ꝑſonaꝝ pau

citatē. tū et ꝓpť paupertatē. tū et ꝓpť modeſtiā ꝛ honeſta
tē. Propť paucitatē. q2 oportebat clericos fieri d̄ nouo cō
uerſos q̄ vt plurimū vxores habebāt. nunc aūt a cuna/
bulis inſtruūtur. Propter paupertatē. q2 nō tm̄ abunda
bāt tūc q3tū nūc. ideo nō tm̄ timendū de furto erat. ſȝ po
tius dei diſpēſatōne eccleſia ꝑualia h̄ns ne charitate re
frigeſcēte tā ī clericis q3 ī laycis cultus dei periret q̄ di/
latari deberet. iō tunc oportuit ↄtinentiā idicere. Prop
ter modeſtiā que erat in illis. Sciebāt eni vxorib9 me/
lius ꝛ tēꝑanti9 vti. ꝛ ſic patet illud. ¶ Ad illud qđ obr̄
de ampliatione cultus. dōm. ꝙ cū tot ſint de laycis qui 18
vacent illi multiplicatōni carnali. et pauci q̄ ſciāt poſ/
ſint ꝛ velint vacare ſpūali. ideo oportuit hec duo offi/
cia diuidi. ꝛ cū diuiſa ſint. adhuc carnalis generatō mlt̄
tos h3 miſtros ꝛ ſpūalis paucos. Nō eni timendū eſt.
ꝙ deficiat cultus dei ꝓpter defectū gn̄atōnis carnalis.
ſȝ multū timēdū eſt ne tepeſcat ꝓpter defectū ſpūalis.
¶ Ad illud qđ obr̄ de actōe ꝛ cōtēplatōe. dōm ꝙ q̄daȝ 19
eſt actio q̄ iūcta cōtēplatōi nō eā ipedit ſȝ facit. vt ſunt
oꝑa miſcđie ꝛ pietatis. Quedā ē q̄ mentē deijcit de ar/
ce. ꝛ talis ē actio ↄiugalis. q2 ſicut dr̄ auguſ. Nihil mē
tē virilē adeo de arce deijcit vt ↄtact9 mēbroꝝ feminea/
rū. ꝛ hoc ſupra tactū fuit. ꝛ ideo dico ꝙ clericis talis ac
tio nō cōpetit. ſȝ actio q3tū ad oꝑa miſcđie. vn̄ eis com
miſſa ſūt bona pauꝑm diſpēſanda vt oꝑib9 pietatis in
tendāt. nō vt curā carnis in deſiderijs faciant.
Conſequēter q̄rtū ad ſecūdū articulū qr̄ de vxo/
ricidio. ꝛ circa hoc tria querūtur. Primo q̄riť
vtrū vxorē adulterā occidere ſit licitū Scđo. qđ
ſit grauiꝰ pctm̄. vtꝝ occidere vxorē an mr̄em. Tercio.
vtrū hoc peccatū ſimpliciter impediat mr̄imonium.

¶ Queſtio j d.

Q licitū ſit vxorē adulterā inťficere oſ̄ndiť ꝑmo ꝑ textū
ſacre ſcp̄ture. Exo. xxij. Maleficos nō patieris viuere
iſtō ē morale. ḡ adhuc manet. Si tu dicas iſtō fuiſſe iu
diciale ꝛ talia euacuata ſūt. Cōtra iſtō ē ī lege humana
ꝙ adulťa ē inťficiēda ꝛ adulť. ſȝ tales leges approbat ꝛ
ſuſtinet eccīa. ſi ḡ eccīa ñ dȝ approbare niſi licitū. vr̄ ꝙ vi
ro vxorē adulterātē inťficere ſit licitū. Itē h̄ ꝓbaťꝑ can.
xxxiij. q. ij. Inťfectores ſuaꝝ ↄiugū ſine iudicio cū ñ ad/
dis adulteraꝝ vel aliq̄d hmōi. q̄d aliō h̄ndi ſꝫ q3 hōicid
ḡ ſi addiť adulteraꝝ. ñ videť eē hōicide. Itē viri ē vxorē
ſuā corrigere. ꝛ ſʒm ꝙ grauiꝰ peccat grauiꝰ dȝ eā pūire. Sꝫ ḡ
mlier q̄ adulťať digᷓ ē morte. ſi vir eā occidat ñ vr̄ ꝙ icur
rat aliquā offēſā. Cōtra. Jo. viij. Qui ſine pctō ē vr̄ȝ ꝑ/
mus ī eā la. mit. noluit ḡ dn̄s ꝙ aliq̄s occideret mlierē
ī adulťio dep̄hēſā niſi hrēt ↄſciaȝ mūdā a culpa. ḡ ñ vr̄
ꝙ h̄ alicui liceat. Itē canō. dr̄. xxxiij. q. ij. Inť hec ſcitas
vr̄a. ꝛ infra. ſcā dī eccīa mūdāis nūq̄ ↄſtrigiť legib9. gla/
diū ñ h3 niſi ſpūalē. ḡ. ꝛc̄. Itē rōe vr̄. q2 q3tū ad culpam
fornicatōis iudicāť pares. ſȝ nlli mlieri lȝ occidere virū
adulteꝝ. ḡ nec alicui viro adulterā mlierē. ¶ Rᷓ. dō. ꝙ i 20
terfector ꝓpē ↄiugꝭ ſi ex certa ſcīa fac̄ peccat q3tūcūq3 il
la ſit adulťa. peccat āt ñ tm̄ ↄ canoñ. ſȝ etiā ↄ ius ciuile
Cōtra ius ciuile. q2 eā inťficit preťmiſſio iuriſ ordie niſi
forte ī actu malo eā iueniat. ī q̄ caſu leges hūane ↄcedūt
Sȝ ↄ ius diuīnū ꝛ canoñ. peccat ī ipō fcō. qm̄ ñ dȝ ipam
adulterā inťficerē ſȝ corrigeť. cū ds peccatū par9 ſit pec/
rei ī lege grē. ſic pȝ ī exēplo mlierꝭ adulťe. Jo. viij. ꝛ qm̄
mr̄imōia ꝛ cāe mr̄imōiales tractari dn̄t ī le poli. ꝛ ñ le/
ge fori. iō ñ lȝ h̄ facere qđ ius ciuile dictat. q3uis ecclīa
ſuſticat ad terrorē maloꝝ. ſȝ qđ iudicat ſcā eccīa vxorē
ſcȝ adulterā ñ eē occidēdā ſȝ potiꝰ dimittēdā ¶ Ad illō
qđ obr̄ de lege. dō. ꝙ illō erat iudiciale. ꝛ iudicialia nō 21

22 manēt·q̄ꝛ illa fuit lex rigoris·h̄ aūt ē mā̄suetudīs. ¶Ad
illud qḋ obī̄ de lege ciuili·dō·ꝙ q̄dā̄ sūt ibi q̄ ecc̄ia ap̄ꝓ
bat·q̄dā̄ q̄ sustiet·ꝛ q̄dā̄ q̄ reuocat. Et h̄ iudiciū̄ de occi/
siōe fornicarie siue adultere aut sustiet ad alioꝝ terrorē.
aut etiā̄ retractat cū̄ ꝓhibet·vt ī sup̄dicto can̄·q̄ dr̄ nllo
23 mō īteficiēdā ee vxorē q̄ntūcūqꝫ ī crimīe dep̄hēsā. ¶Ad
illḋ q̄d obꝛ de illo cano·īterfectores suaꝝ ꝛc̄·dō·ꝙ istud
dictū̄ ē s̄m leges hūanas.talis ei ex q̄ sine cā̄ ꝛ p̄ter iudi/
ciū̄ occidit·s̄m leges ciuiles punit̄ homicida·sꝫ si ꝑ iu/
diciū̄ ꝛ cām̄ faciat·nō iudicat̄ homicida s̄m leges huma
nas. Sꝫ s̄m ius cano·etiā̄ s̄m ꝙ obligāt̄ legi m̄rimōij·ꝛ
s̄m mādatū̄ eccīe n̄ p̄ncipū̄ nō licꝫ occidere.imo hōicida
24 iudicat̄.sic exp̄sse testat̄ cap̄l'z seq̄ns īter hec.ꝛc̄. ¶Ad il/
lud qḋ obī̄ ꝙ p̄t corrigere·dō·ꝙ veꝝ ē·sꝫ correctio tāta
ꝛ tal̄ dꝫ ee vt n̄ auferat locū̄ p̄nie.ꝛ iō q̄n excedit limites
vt occidat·iā̄ n̄ ē zel⁹ correctōis sꝫ furor occisionis.

¶Questio. ij. c.

Utꝝ grui⁹ pc̄tm̄ sit occidere vxorē q̄ꝫ m̄rem. Et ꝙ sic vi̅.
q̄ꝛ qḋ grui⁹ punit̄ grui⁹ ē ī offēsa·sꝫ pc̄tm̄ īterfectōis vxoris
grui⁹ punit̄ q̄ꝫ pc̄tm̄ īterfectōis m̄ris·sic patet·xxxiij·q·
ij·admōere·ꝛc̄. Itē qḋ ē mag̃ ꝯ naturā·illḋ ē mag̃ pc̄tm̄
sꝫ mag̃ ꝯ naturā ē odire ꝛ occidere carnē suā̄ q̄ꝫ alienā̄·q̄ꝛ
ep̄h·v·Nemo vnq̄ꝫ carnē suā̄ odio habuit·ꝛ vxorē caro
viri.sicut ibidē dr̄·q̄ꝛ facte vna caro·ḡ grui⁹ pc̄tm̄. ¶Itē
amor vxoris sicut pꝫ ī ter·Gen̄·ij·supexcedit amorē pa/
tris ꝛ m̄ris·etiā̄ amor cast⁹·ꝛ h̄ etiā̄ dr̄ Gen̄·xxiij·de ysa
ac q̄ tm̄ dilexit rebeccā̄ ꝙ dolorē q̄ de m̄re acciderat tparꝫ
Sꝫ q̄nto mag̃ aliq̄s iclinat̄ ad amorē·tāto min⁹ ad le/
sionē.ḡ vr̄ ꝙ si occidat vxorē grui⁹ peccet. Itē q̄ occidit
vxorē facit ꝯ bonū̄ nāe ꝛ sacri·cū̄ sint iūcti ad indiuidu
aꝫ vite ꝯsuetudinē·q̄ aūt occidit m̄rem facit ꝯ alteꝝ tātū̄
ḡ ꝛc̄. Cōtra. licitū̄ ē ꝓcutere ꝛ v̄berare vxorē ī casu.sꝫ nū̄
q̄ꝫ licitū̄ ē v̄berare m̄rem. ḡ gruior ē offēsa illata m̄ri q̄ꝫ vx
ori.ḡ ꝛc̄. ¶Itē tāto gruior ē offēsa q̄ꝫto ꝑsōe ī quā̄ ē debet̄
maior reuerētia.sꝫ m̄to maior reuerētia debet̄ m̄ri q̄ꝫ vx
ori.ḡ maior ē offēsa q̄ ē ī m̄rem·ꝛ sic·ꝛc̄. Itē facili⁹ fragit̄
amor socialis q̄ꝫ natalis.p eo ꝙ naturalia magis adhe
rēt.sꝫ amor m̄ris ē natalis.amor vxoris socialis. ḡ ma/
ioris ꝑuersitat̃ ꝛ crudelitat̃ ē occidere m̄rem. Itē grui⁹
est eā̄ offēdere a q̄ ꝑl'a bñficia sūt ꝑcepta.sꝫ ꝑl'a bñficia ꝑ
25 cipiūt̄ a m̄re q̄ꝫ ab vxore·ḡ⁹·ꝛc̄. ¶R̄a·dō·ꝙ absq̄ꝫ dubio
grui⁹ pc̄tm̄ ē ī gn̄e loq̄ndo occidere m̄rem·tū̄ rōe ꝑsōe cui
debet̄ maior reuerētia·tū̄ rōe mioris ꝓnitat̃·ꝓnior eni ē
hō iracūd⁹ ad v̄berādū̄ vxorē q̄ꝫ m̄rem·marie q̄n ꝓpter
aliquā̄ cā̄z displicet.mirabile odiū̄ ꝛ tediū̄ ḡnatur·et iō
ꝓnior ē ad occidēdū̄ vxorē q̄ꝫ m̄reꝫ. Ad occidēdū̄ aūt ma/
trē nulli⁹ nāa iclinat̄ nisi sit ꝑ iniq̄tatē ꝯuersa ī crudeli/
tatē sup bestias. Et q̄m hō ꝓnior ē ad vxoricidiū̄·hinc ē
ꝙ q̄ꝫuis min⁹ sit pc̄tū̄·tn̄ maior pena īponit̄·vt ꝑiculū
ꝙ ... tionē timoris ꝓnitas restringat·ꝛ ꝑ h̄ pꝫ p̄mo ad obm
26 ¶Ad illḋ qḋ obī̄ ꝙ mag̃ ē ꝯ naturā·q̄ꝛ vna caro·dōm·ꝙ
maior ē vnio īter filiū̄ ꝛ m̄rem q̄ꝫ īter viꝝ ꝛ vxorē s̄m reꝫ
q̄ꝫuis ī m̄rimōio sit maior s̄m significationē.p eo ꝙ ca/
ro m̄ris ꝛ filij hñt ꝯueniētiā̄ ī sba ꝛ nāa.sꝫ caro masculi
ꝛ feīe s̄m actū̄ ꝯmixtiōis ꝛ vniōis·ꝛ iō ad tp̄a pl⁹ trahi
tur hō ad vxorē.sꝫ simplr̄ pl⁹ trahit̄ ad m̄reꝫ. ¶Ad illud
27 qḋ obꝛ·ꝙ excedit amorē m̄ris·dō·ꝙ veꝝ ē ītēsiue·tn̄ q̄n
tū̄ ad radicationē facili⁹ ē ꝙ vir ꝯuertat̄ ī odiū̄ vxoris ꝛ
ecōuerso ꝑ vnā̄ fornicatōꝫ·q̄ꝫ m̄r ī odiū̄ filij vel ecōuerso
Et h̄ qḋ dr̄ ꝙ relinq̄t m̄rem·nō dr̄ q̄ntū̄ ad affectū̄ sꝫ q̄n
tū̄ ad ꝯductoꝫ seruiū̄. ¶Ad illḋ q̄d obꝛ ꝙ facit ꝯ bonū̄ na/
28 ture ꝛ sacri·dō·ꝙ veꝝ ē·sꝫ illḋ ꝑpōderat·s·m̄ricidiū̄·qḋ
adeo ē ꝯ naturā̄·vt nūq̄ꝫ nāa abhorꝛꝫ ita occisionē ali/
cui⁹ cui ꝯmiscet̄.sic ei⁹ ī cui⁹ vtero fuit tot⁹. Un̄ q̄uāuis

canō dicat·xxxiij·q·ij·ꝙ occidēs vxorē ē crudelior oīm̄
bestia·q̄ꝛ p̄tē sui corp̄is occidit.intelligēdū̄ ē h̄ dictū̄ esse
ꝑ emphaticū̄ modū̄ loquēdi·s̄m quē modū̄ posset dici.
ꝙ mater ē totū̄ corp⁹ filij·cū̄ totū̄ ex m̄re traxerit·et ista
est veritas.licet huguitio sup decreta senserit ꝯ̄riū̄·nō ei
in h̄ approbat̄ ei⁹ s̄nia a modernis doctorib⁹.

¶Questio iij. f.

Utꝝ vxoricidiū̄ īpediat matrimoniū̄. Et ꝙ sic videtur.
xxxiij·q·ij·Interfectores suarū̄ ꝯiugū̄ ad p̄niam redigēdi
sūt.quib⁹ penit⁹ denegat̄ cōiugiū̄. Itē eo·ti·In p̄nia ar
hulsi.q̄ occidit vxorē dr̄ vxorē nūq̄ꝫ ducere.cōcubinam
nunq̄ꝫ h̄re.nec adulteriū̄ cōmittere audeas. ¶Itē ī eo ī
q̄ q̄s peccat ī eo torquēd⁹ ē.sꝫ iste peccat ꝯ matrimoniū̄
occidēdo vxorē·ḡ⁹·ꝛc̄. ¶Itē.supra dist·xxxv·dicit m̄gr
ꝛ tractū̄ ē de canone exp̄sse extra de eo q̄ duxit ī ꝯiugium
quā̄ polluit ꝑ adulteriū̄·vbi dr̄ ꝙ m̄rimoniū̄ nullū̄ ē·n̄ͨ
dirimēdū̄ ē·ergo qḋ īpedit h̄ ē ꝑ hōicidiuꝫ mariti qḋ ꝑ/
petrauit·ergo si vir occidit vxorē.pꝫ ꝛc̄. Cōtra.si q̄s oc
cideret vxorē alienā̄·ꝓpter homicidiuꝫ nō efficit̄ inabil'
ad matrimoniū̄·ergo si plus p̄t in vxorē ꝓpam·videt̄.
ꝙ ꝓpter ei⁹ occisionē a matrimōio nō debeat ꝓhiberi.
Itē possibile est ꝙ vir occidat vxorē zelo quē hꝫ in dete/
statione adulterij·ergo videt̄ ꝙ iter ꝓ matrimōio·ergo
nō debet puniri p̄uatōne matrimonij. Itē oē pc̄tm̄ p̄t
deleri ꝑ p̄niam.si ergo pena ista ē rōe peccati·ꝛ hec pe/
na p̄t esse occasio peccati.maxime iuueni q̄ habet incen
tiuū̄ libidinis.ergo videt̄ ꝙ nō possit impediri saltē pe
nitētia facta. Itē magis repugnat bono matrimōij ad/
ulteriū̄ q̄ꝫ homicidiū̄·sed adulteriū̄ simplicit̄ nō īpedit
ergo nec vxoricidium. ¶R̄a.dicēdū̄ ꝙ occidere vxorem 29
p̄t q̄s tripliciter. Aut ꝑseq̄ndo culpā̄·aut ꝑseq̄ndo na
turā̄·aut ꝑseq̄ndo matrimoniū̄. Perseq̄ndo culpā̄.aut
cum ī fornicatōis crimīe dep̄hēdit·ꝛ adeo detestat̄ ꝙ ī vl
tionē crimīs mortē infligit. Perseq̄ndo naturam·vt si
mulier ꝓpt̄ defectū̄ aliquē quē hꝫ ī se n̄ hꝫ grām̄ viri·vn̄
vir eā̄ exosā̄ hñs ꝛ ḡue.ꝓpt̄ istā̄ detestatoꝫ ꝛ odij intēsio
nē furore accēso ip̄am perimit. Perseq̄ndo m̄rimoniuꝫ
vt q̄n mechat̄ cū̄ aliq̄ quā̄ vult ducere ī vxorē ꝛ nō p̄t ni
si vxore mortua·ꝛ iō ip̄aꝫ interficit. Primū̄ ē ḡue pc̄tm̄ ꝓ/
pter excessū̄. Secūdū̄ ē grui⁹. Terciū̄ ē grauissimū̄. In
q̄libet hoꝝ ꝓhibet̄ a m̄rimōio ꝯhendo·sꝫ mag̃ ī scḋo·ꝛ
marie ī tercio·ꝛ ī q̄libet hoꝝ casuū̄ dispēsat̄ ab ecc̄lia·et
maxime ī iuuenib⁹.sꝫ ī p̄mo de facili·in secūdo difficili⁹
in tercio q̄dāmō sic ꝛ q̄dāmō nō. Respectu ergo illius
ꝑsone cū̄ q̄ mechabat̄·et ꝓpt̄ quā̄ habēdaꝫ ī matrimōio
occidit ꝯiugē·nūq̄ꝫ cū̄ eo dispēsabit̄·imo si vict⁹ fuerit
simplicit̄ separat̄.sꝫ respectu aliarū̄ ꝓpter ꝑiculū̄ dispē
sat̄. Un̄ q̄ꝫuis crimē nō faciat oīno illegitimū̄ respectu
oīm ꝓpt̄ ꝑiculū̄ fornicatōis·facit tn̄ simplicit̄ illegiti/
mū̄ respectu alicui⁹ ꝑsōe determiate.s.homicidiū̄ iūctū̄
cū̄ adulterio·vel adulteriū̄ cū̄ fidei datōne·vel datio fi
dei cū̄ vxoricidio.et sic ꝯcedēdū̄ ē ꝙ tale crimē impedit
matrimoniū̄ aliq̄ mō causalit̄.q̄ꝛ impedit sꝫ nō dirimit
Alio mō ꝙ etiā̄ dirimit sicut tactū̄ ē. ¶Ad illud ḡ⁹ qḋ 30
obꝛ·ꝙ q̄ occidit vxorē alienā̄·dōm ꝙ nō ē sile.q̄ꝛ eni oīē
dit m̄rimoniū̄ ī se cū̄ vxorē ꝓpam interficit·iō ī se dꝫ puni
ri·nō sic cū̄ interficit alienā̄. ¶Ad illḋ qḋ obī̄ de zelo·dō·
ꝙ zel⁹ n̄ excusat a toto sꝫ a tāto·vn̄ facili⁹ cū̄ eo dispēsa/ 31
tur. ¶Ad illḋ qḋ obꝛ ꝙ p̄t ꝑ p̄niam deleri·dō·ꝙ enormi 32
tas n̄ ita cito delet̄·imo ī penā̄ manet diuti⁹·sicut pꝫ ī ir/
regularitate. ¶Ad illud qḋ obī̄ ꝙ adulteriū̄ magis re/ 23
pugn̄t·dō·ꝙ falsū̄ ē·q̄ꝛ vxoricidiū̄ ē ꝯ sb̄iam matrimonij
q̄ꝛ perimit subiectū̄·sꝫ adulteriū̄ ē ꝯ bonū̄ fidei sine quo
matrimonium esse non p̄t·et ideo no est simile.